COLLECTION MUSICALE EN FORMAT NUMÉRIQUE

Marc-Antoine Charpentier (1643-1704) **Le Reniement de Saint-Pierre**

H 424

5 voix et basse continue

Nomenclature:

[Dessus]
[Bas-dessus] [Haute-contre] [Taille] **2** [Basse] Basse continue

Interlocutores:

.Jesus Petrus Ostiaria Cognatus Malchi Historicus

CHŒUR – Cum cœnasset Jesus et dedisset dicipulis suis corpus suum ad manducandum et sanguinem suum ad bibendum?

Exierunt simul in Montem Oliveri; tunc dixit illis Jesus:

JESUS – "Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte.

Scriptum est enim: Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis."

CHŒUR – Respondens autem Petrus, ait illi:

PETRUS – "Et si omnes scandalizati fuerint in te, numquam ego scandalizabor."

JESUS – "Amen, dico tibi, Petre, quia in nocte ante quam gallus cantet, ter me negabis."

PETRUS – "Ah! Domine! Etiam si opertuerit me mori tecum, non te negabo."

CHORUS – Similiter et omnes discipuli dixerunt :

"Non te negabimus, etiam si oportuerit nos mori tecum."

HISTORICUS – Ecce Judas unus de duodecim venit, et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus. Irruerunt in Jesum et tenuerunt. Quod videntes discipuli ejus fugerunt.

Et Petrus extendens manum exemit gladium suum et percutiens servum pontificis, auriculam eius amputavit. Cui dixit Jesus:

JESUS – "Converte, Petre, converte gladium tuum in locum suum.

Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?"

HISTORICUS – Ministri ergo Judeorum comprehenderunt et ligaverunt Jesum, et cum duceretur ad principem sacerdotum, sequebatur eum Petrus a longe usque

in atrium pontificis. Quem cum vidisset ostiaria dixit ei:

OSTIARIA – "Numquid et tu ex discipulis hominis istius es?"

PETRUS – "O mulier, non sum, non novi hominem."

CHŒUR – Et introductus est Petrus in domum, cumque sederet ad ignem cum servis et ministris calefaceret se, alia serva sic ait illi:

ANCILLA - "Et tu cum Jesu Nazareno eras?"

PETRUS – "O mulier, non eram, non novi hominem."

HISTORICUS – Tunc interrogavit eum cognatus ejus cujus abscidit auriculam, dicens : COGNATUS MALCHI – "Nonne te vidi in forto cum eo? Nonne tu percussisti Malchum?

OSTIARIA & ANCILLA – "Nonne tu Galilæus es? Vere tu es, tu eras.

Nonne te vidi in horto cum eo? Nam et loquela tua manifestum te facit,

tu ex discipulis hominis istius es."

PETRUS – "Non sum, vere non eram, nescio quid dicitis, non fui, non novi hominem."

Et continuo gallus cantavit.

CHORUS – Tunc respexit Jesus Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, et egressus foras, flevit amare.


























































































Marc-Antoine Charpentier (1643-1704)

Le Reniement de Saint-Pierre

H 424

5 voix et basse continue





